



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De causis Iræ, & quis ad iracundiam proclues. Capvt XXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Senec. l. 1. de rentibus, &c. quæ à Seneca lib. 9. de ira, & D. Gregorio Nysseno, de octo beatitudinibus fuisse describuntur.*

*D. Greg.  
Nyss. de 8.  
beatitud.  
Homerus  
Iliad. 18.  
D. Damasc.  
l. 2.  
Orphed.  
fd. c. 16.*

In hoc tamen doloris æstu virillat spes voluntatis, aliquo sensu iucunditatis: quam ob causam Homerus nonnihil etiam mellis tribuit iracundia.

Dividitur porro ira à Diuo Damasco in tres species. Prima appellatur *χολὴ*, & *χάστυς*, quam bilem, & indignationem vertit, quæ excitari solet, cum quis ob leue dictum, aut factum statim exardecit; qui affectus cum cupiditate vltionis mixtus est, placaturque facilius.

Secunda est *μῆνις* (vbi perperam nonnulli *εὐνέας* legunt) Iracundia est permanens, & diuturna, quahis ea, quæ in Achille describuntur ab Homero, tot heroum funeribus, & miserrima Græciae ingemiscientis clade vix satiata.

Tertia ab eodem appellatur *κότος*, ἡ οὖτος, quæ (inquit) ira est reposita, ac recondita, & cœundi occasionem captans, in quo certe eadem sermè est, ac *μῆνις*.

*Eust. in l. 1. Alij non κότος, sed μανία* terro loco ponunt, quā Eustathius θεραπεύειν iram prorsus à mente alienatam, präcipitem, insanam; Latini furorem nominant: & talis est ea, quæ à Gregorio Nysseno, cum energumenorum affectibus comparatur.

Eadem enim (inquit) iratis, quæ Energumenis accident. Sanguine diffusi, ac diflorti corum, quia Dæmone torquentur, sūt oculi, lingua präceps, voces prærupta, ac latranti similes, quassatio capitis, manuum stolidi motus, pedes instabiles, totius corporis concusso. Hæc sunt irato, & dæmoni communia. Hoc uno duntaxat differunt, quod unum voluntarium malum est, alterum non est.

#### De causis Irae, & qui ad iracundiam proclives.

#### CAPUT XXXIX.

Iracundiae caussas, ingeniosè, ut solet, & feliciter est persequutus Aristoteles, lib. 2. Rhetoricorum.

Six sunt (inquit) präcipue, quæ iratos efficiunt, dolor, impedimentum, vehemens cupiditas, despiciencia präsentis status, offendit.

præter expectationem: quedam circumstan-  
tia. Vnde sex genera eorum colligit, qui sa-  
cilius irascuntur.

Primum est eorum, qui dolent, propter aliquam despicienciam, quæ causa iræ maxima est, & exterum omnium origo. Quod autem quisque vel dignitate clarius est, vel glorie cupidior, eo magis despectus irritatur.

Hinc illæ querimonie Junonis apud Sene-  
cam in Hercule furente, & apud Virgilium.

*Af ego, qua diuum incedo regina!*

Cuius rei memorabile est ira Narseris ar-  
gumentum: cum enim ille animosus Eunu-  
chus, & rei militaris gloria prästantissimus, *tuuli in*  
Totilam Gothorum Regem, Martio vigore,  
& spiritu planè ingentem debellasset, mox dum  
inconstantis fortuna ludo iactatus, non mo-  
dò Italæ präfectura spoliatus, sed à Sophia  
Imperatrice impotens animi femina pro-  
bris conclusus est. Quijpe illa dictabat,

*Narsetem ad ponja, & lanas esse relegan-  
dum.*

Quæ vox nimis petulanter effusa, egregij spir-  
itus, & roboris ducem, mirum in modum  
efferauit. Nec mora le Iustino Imperatori, &  
Sophia eius uxori, eam telam orsum dixit,  
quam nulla eorum vis, aut industria pos-  
set retexere: quod prästitum, cum Longobardos  
a regionis sua squallore, ad feriles Italæ  
campos euocauit, quorum armis magna Ita-  
lia pars Imperatori detracta est, tantum ve-  
neni habuit muliebris calumnia.

Secundum: qui in rebus suis aliquo affi-  
ciuntur impedimento, siue aperte quis obli-  
stat, & refragerit, siue cum possit minime  
faucat: ut si quis sitienti potum denegat, aut  
famelico panem.

Tertium. Ad iram propensissimi sunt, qui  
vehementi aliqua cupiditate trahuntur, ut  
egrotantes, pauperate laborantes, sitientes,  
amantes, *genus irritabile.*

Quartum: quorum präfens status despici-  
tur, ut egrotans in ijs, quæ pertinent ad mor-  
bum, paupertate laborans, in ijs quæ pertinet  
ad paupertatem. Bellator in his, quæ ad bellū.  
Cetius cōtemptus manifestissima sunt exem-  
pla. Quibus enim furijs agitur Philocetes  
apud Poetas, ob morbum despctus, & à Græ-  
corum exercitu sciunctus. Quibus iræ moti-  
bus obnoxij sunt, qui ob vitium aliquod cor-  
poris, aut notam deformitatis irritantur:  
Cornelius Senator, cum à Domitio Cor-  
bulone struthiocamelus depilatus vocaretur,  
*in con-*

*Vitæ corp-  
ris obiecta  
iram infi-  
mant.*

*confessu grauissimo Sanatus lachrymas non tenuit.*

Happoneas Poëta cum esset singulari oris deformitate, ideoque à ludibridis pictoriis depictus, & in derisum publicum propulsus, adeò excanduit, ut derisionis authores, impulsoresque furioso carmine ad suspendum adigeret. Pauperes vero grauius contemptum ferunt, si ante diuites extiterint, & eò miseriariarum delaphi, à suis etiam despiciantur. Ac milites, & poëtae, carierique scriptrices, ipsi etiam opifices, facillime stomachantur, si in ijs, quibus florere se laudibus cupiunt, parui pendantur. Sub Boleslao III. Polonorum Rege Palatinus quidam Polonus, cui

Cromer. l. 6 Rex in opprobrium ignaviae, leporis pelle, column, & fusum miserat, tam iniquo tulit animo, ut sibi ipsi violentas afferret manus.

Herodes Atticus; cum adhuc adolescens coram Antonino Imperatore perorans, præ timore, & conturbatione mentis obmutuisset, contemptum veritus, pene se in Istrum desperatione proiecit.

Philoſ. in Herode. Titus Labienus ingenio suo superstes ( vt ait Seneca ) esse noluit, sed eius libris ex S. C. combustis, vltro se in majorum suorum monumenta ferrari atque includi voluit. Tanta crux est gloriae cupidis despiciencia.

Quintum, vehementius irritantur, qui pre ter expectationem offenduntur, maxime ab ijs, quos sibi bene uolos, & amicos fore existimabant. Sicut enim insperata boni species, ybi primum obiecta est, maiori iucunditate sensus perfundit, sic etiam doloris minimè experdati, grauius percellit iniuria.

Ad summum enumerantur, qui certis quibusdam horis, & temporibus turbari, & vi maria, ventis cieri, commouerique solent.

Cause ira- tundia. 17. ab Aristo- ulo. Nec satis fuit Aristoreli, haec in genere enumerasse: septemdecim deinde cauillas specie, prosequitur, quibus excitari, conflarique solita est iracundia. Haec sunt subsanatio, illusio, detrimentum contumeliosum, maledictum, amicitia despiciens, confuctudo honandi omisla, ingratianimi signum, nulla existimatio, officium spretum, gaudium in aduersis, neglectus, auscultatio, aur inspectio malorum, despiciencia in rebus caris, nulla gratiarum actio, dissimulatio, beneficium in aliis, & non in ipsis, obliuio, ad summum contemptus apud eos, à quibus gratiam, & famam colligere qui irascuntur vehementer cipiunt.

Ad hæc cuiusque ingenium, natura, temperies, etas, conditio, diligenter erunt consideranda, è quibus plurimum momenti in iram derivatur. Non opus est in his immorari pluribus, nimis multæ caussæ sunt, & nimis promptæ, quæ iratos faciunt, longè opportunius est de tractatione, & moderatione huius affectus dislerere.

### De concitando odio, & iracundia.

#### CAPUT XXX.

Hæc erunt igitur capita, per quæ odij, & iracundiae vis facile inardescet: nunc autem modos, & exempla, affectuumque in eo genere varietatem exequamur.

Primum artificium est Oratoris ad animos iam suspicionibus exulceratos, & mediocriter inflexos, accedere, quo facilius motum concipiunt. Ut enim in corpore humano, si ad humores male affectos, ipsa coeli ratio, atque intemperies accesserit, tanto citius vis morbi inualescit. Sic animum prauis iam similitatibus leuiter occupatum, vel ad eas ipsas suscipienda, natura, arque ingenio dispositum, acrioris flammæ vis corripit, correptumque facilius incendit.

Hoc M. Tullius in accusatoribus Deiotari animaduerit, qui cum ad ulceratas Cæsaris aures accessisset, eas in tranquilla etiam mente simultates excitârunt, quas vix disertissimi oratoris facundia potuit restinguere.

Secundo, Ipsius persona, quæ damnum intulit species quædam indigna, atrocis, crudelis, funesta, quantum res patitur, expirienda est, quo iniuria, quæ inde profecta fuerit, grauior, & minimè toleranda videatur.

Tertio, cius iphus, qui læsus est, ut occurrit, comparanda erit innocentia, virtus, sapientia, conditio, dignitas, cum persona, quæ læsi improbitate, scelere, barbarie, indignitate.

Quarto, iniuria illata per graues hypopyposes oculis subiencia, sublimibus figuris, vi exclamationibus, apostrophis, propositiis, aganactesi, & ceteris erit excitanda.

Quinto, comparatione minorum factum erit exaggerandum, & varia exempla etiam magnarum iniuriarum colligenda, quæ cum in hac vna improbitate collata, longè minora videantur.

Sexto,